Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



297

Quid omnes interpretant emu-
lamini autem charismata meliora
et adhuc excellentiorem viam vo-
bis demonstro XIII
Si linguis hominum loquar
et angelorum: caritatem
autem non habeam: factus
sum velut es sonans aut cim-
balum tinniens Et si habuero pro-
phetiam: et noverim mysteria
omnia et omnem scientiam et ha-
buero omnem fidem ita ut montes
transferam: caritatem autem non habu-
ero: nichil sum Et si distribuero
in cibos pauperum omnes faculta-
tes meas: si tradidero corpus
meum ita ut ardeam: caritatem at-
tem non habuero: nichil michi prodest
Caritas patiens est: benigna est
caritas non emulatur: non agit per-
tam: non inflatur: non est ambitiosa
non querit que sua sunt non
irritatur non cogitat mala: non
gaudet super iniquitate: con-
gaudet autem veritati: omnia sus-
fert: omnia credit: omnia sperat
omnia sustinet Caritas nunquam
excidit Sive prophetie evacuabun-
tur: sive lingue cessabunt sive scien-
tia destruetur Ex parte enim cogni-
scimus: et ex parte prophetamus cum
autem venerit quod perfectum est: eva-
cuabitur quod ex parte est Cum es-
sem parvulus loquebar ut par-
vulus: sapiebam ut parvulus
cogitabam ut parvulus Quando
autem factus sum vir: evacuavi
que erant parvuli: videmus nunc
per speculum in enigmate: tunc au-
tem facie ad faciem Nunc cognosco ex
parte: tunc autem cognoscam sicut et
cognitus sum Nunc autem manet fi-
des spes caritas tria hec maior
autem horum est caritas XIIII

Sectamini caritatem: emu-
lamini spiritalia: magis
autem ut prophetetis Qui enim
loquitur lingua: non hominibus loqui-
tur sed deo Nemo enim audit Spi-
ritus autem loquitur mysteria Nam
qui prophetat hominibus loquitur ad edi-
ficationem et exhortationem et consola-
tionem Qui loquitur lingua semet ipsum
edificat: qui autem prophetat ec-
clesiam dei edificat: Volo autem
omnes vos loqui linguis: magis
autem prophetare Nam maior est
qui prophetat quam qui loquitur lin-
guis: nisi forte interpretetur: ut
ecclesia edificationem accipiat Nunc
autem fratres si venero ad vos lin-
guis loquens quid vobis prode-
ro: nisi si vobis loquar aut in
revelatione aut in scientia aut in
prophetia aut in doctrina Tamen que
sine animam sine voce datur quo-
modo cithara sive cithara: nisi distinctio-
nem sonitum dederint quomodo scie-
tur id quod canitur aut quod cytharizatur
Etenim si incertam vocem det
tuba quis paratabit se ad bellum
Sic et vos per linguam nisi manifes-
tum sermonem dederitis: quomo-
do scietur id quod dicitur Eritis enim in ae-
ra loquentes Tam multa ut puta
genera linguarum sunt in hoc mun-
do: et nichil sine voce est Si er-
go nescero virtutem vocis ero
ei cui loquar barbarus et qui
loquitur barbarus michi Sic et
vos quoniam emulatores estis spi-
ritum ad edificationem ecclesie querite
ut habundetis Et ideo qui lo-
quitur lingua: oret ut interpre-
tetur Nam si orem lingua spiritus
meus orat: mens autem mea sin
fructu est Quid ergo est Orabo spi-
ritu: orabo et mente psallam spi-